

Fletu amarissimo se flere testatur: non super filio, sed super filia populi sui: quæ uiriliter perdidit dignitatem. Dies. n. iudicii & interfectionis & conculcationis nequaquam erit Hierusalem, quæ interpretatur uisio pacis: sed, antiqui nominis, Iebus, quæ interpretatur

ירושלים
יבוס

Esai. 63. d

ibi. 29. e

Esai. 2. a

עבד

Psal. 104

Exod. 15. a

HEB. uisionis, scrutans murum, & magnificus super motem. a Et Elam sumpsit pharetram, curru hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. Et erunt electæ ualles tuæ plebe quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta. Et reuelabitur operimentum Iudæ: & uidebis in die illa armamentarium domus saltus: & scissuras ciuitatis Dauid uidebitis, quia multiplicatæ sunt. b Et congregastis aquas piscinæ inferioris, & domus Hierusalem numerastis, & destruxistis domus ad muniendum murum. Et lacum fecistis inter duos muros & aquam piscinæ ueteris: & non aspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non uidistis.

SEP. minimo usque ad maximum: errant super montes. Elamita autem tulerunt pharetras: ascensores homines super equos, & congregatio pugnantium: & erunt electæ ualles tuæ, implebunt quadrigis, & equites stipabunt portas tuas: & reuelabunt portam Iudæ, & aspiciet die illo in domus electas ciuitatis: & reuelabunt abscondita domorum arcis Dauid, & uidebunt quoniam plures sunt. Et auerterunt aquam antiquæ piscinæ in ciuitatem, & destruxerunt domos Hierusalem ad firmandos muros ciuitatis: & fecistis uobis aquam inter duos muros, intra piscinam antiquam: & non aspexistis eum qui a principio fecit eam, & creatorem illius non uidistis.

fessione fidei constituti sunt: & tunc uidebis o uallis Sion in die illa, & in claro lumine ueritatis omnem a maturam apostoli, & domus saltus, in quo gentium turba consistit. Sicut in xxxi. psalmo canitur. Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis filuarum. Cum autem operimentum Iudæ, atque secretum quod prius propter mysterium celabatur, fuerit reuelatum, & uideris armaturam ecclesie: tunc intelliges schismata ciuitatis Dauid, quæ multiplicasti, ut deceptos tibi populos congregares. Isti Elamita iuxta editionem lxx. non habent unam pharetram, sed plures: & ascensores sunt hominum, in quorum equitant animabus: & plurima multitudo est ad pugnam se præparans contra ecclesiam: ita ut omnes ualles illius compleantur: & equites obtineant sensus eorum: & dimicatione sua ecclesiasticum uirum, qui interpretatur Iudas, prouocet ad certandum: quo proferte testimonia scripturarum, & cuncta redarguente mendacia, uidebunt hæretici domos ciuitatis Dauid: & oia prius secreta cognoscent: quomodo in arce Dauid qui interpretatur, manu fortis, hoc est Christi, omnia sint dogmata ueritatis. Obscura loca sunt, non solum iuxta historiam, sed iuxta anagoram. Quibus ergo nostra displicuerit, debent proferte sua: ut explanationi eorum, si uera fuerit, acquiescamus.

Et [¶ Et congregastis.] Vos qui scissuras ciuitatis Dauid. i. ecclesie uidebitis uel uidetis, quæ in toto orbe multiplicatæ sunt: qui congregastis aquas piscinæ ueteris atque doctrinæ, non superioris, sed inferioris, & domos Hierusalem numerastis, siue destruxistis: ut muniretis murum uestrum: non fodistis puteos, qui uitales habent, & æternas aquas, sed lacus cõtritos, qui aquam nõ ualent cõtinere: & fecistis eos inter duos muros noui & ueteris instrumenti: & aquam piscinæ ueteris neglexistis: nec cõsiderastis datorem legis dei, & operatorem mundi penitus neglexistis. Hoc iuxta Hebraicum. Ceterum iuxta lxx. cõsiderauerunt se hæretici quod multi essent: & hac multitudine confidentes doctrinam ueteris testamenti, auerterunt a ciuitate dei, quæ est ecclesia, & destruxerunt domos Hierusalem: ut adificarent conciliabula malignantium: dumque uetus reprobant instrumentum, nec nonum secuti

Hier. b. c